



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Iac. Chiffletii De Linteis Sepulchralibus Christi  
Servatoris Crisis Historica**

**Chifflet, Jean-Jacques**

**Antverpiae, 1624**

Cap. II. Corpora terrâ condita, velis fuisse obducta; ex more, qui à Judæis  
manuit, & Aegyptiis: horum ritus, & condituræ ratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64456](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64456)

## CAPVT II.

*Corpora terrâ condita, velis fuisse obducta, ex more, qui à Iudæis manauit, & Ægyptijs: horum ritus, & condituræ ratio.*

**A**QVIBVS Gentibus terrâ conditi mortui, ab ijs ferè & condimenta & vela adhibita, quibus nuda corpora tegerentur simul, & à putredine vindicarentur. Spartæ Regis Lycurgi statuto, obdlexerunt oleæ fronde, velata priùs puniceo amictu. Nazamones à lotionè & vnctione, album & elegans peplum adhibuerunt: quod & parti Persarum familiare fuit; necnon Ægyptijs & Iudæis, qui abluta & aromatis medicata cadauera linteis candidis inuoluere: quo ritu Christum Seruatorem sepultum legimus in Euangelio, vbi dicitur:

*Ioan. 19. Acceperunt corpus IESV, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* qui sanè mos, licet primâ fronte cuius clarus & perspicuus videatur; non pauci tamen Criticis occurrunt nodi circa eum, & in numero linteorum, & in ratione inuolucris; quos omnes soluere intendimus, vt linteorum Christi sepulchralium crisis expeditior sit. Aliquid porrò mutuos in hoc ab Ægyptijs Iudæos Tacitus videtur innuere, vbi de istorum modo,

Plutarch.  
in Lycurg.

Sextus  
Emp. l. 3.  
cap. 24.

Ioan. 19.

modo, quem fuisse dicit, corpora condere, non crema- HiR. 5.  
 re, è more Ægyptio. Fauet Philo Iudæus, dum asserit  
 non minus quam decies centena millia Iudæorum Lib. in  
 Flac.  
 Ægyptum aliquando inhabitasse. Sed condendi ri-  
 tum Iudæos ab Ægyptijs non accepisse cùm Scri-  
 ptura sacra satis insinuet, vbi sepulturas Saræ,  
 Abrahami, & aliorum perspicuè narrat; an illum  
 condiendi, Tacitus intellexit? Sic videtur; & verò  
 scripsisse condire, non condere; quò scilicet confer-  
 uationem cadauerum per vnctionem & conditu-  
 ram, opponeret eorundem destructioni per cre-  
 mationem: vt alibi, Neronis Poppæam 16. Ann.  
 conditam dixit, non igni abolitam.

Ritum Ægyptiacum triplicem faciunt Dio- Lib. 2. c. 5.  
 dorus Siculus, & Herodotus Halicarnasseus. Pri- Lib. 2.  
 mus, in quo argenti talentum infumebatur, fuit  
 locupletiorum, qui myrrham puram, casiam, &  
 alios odores, excepto thure, vnà cum vino Phœ-  
 niceo adhibebant ad condituram. Λέσαιτες τὸν νε-  
 κρόν, (inquit Herodotus) κατελίωσαι πᾶν αὐτὸ τὸ σά- Loc. cit.  
 μα σινδόν & βυσίνης, τελαμῶσι κατετέμημένοι (εἰ, ἔσο-  
 χεῖοντες τῷ κόμμῳ, τῷ δὲ αὐτὴ κόλλης ταπολλὰ χεῖων)  
 Αἰγύπιοι. Vbi abluerunt, sindone byssinâ, incisâ loris,  
 totum inuoluunt, gummi illinentes, quo Ægyptij glu-  
 tinis loco plerumque vtuntur. Secunda conditura,  
 minoris sumptus ( minarum scilicet viginti ) fuit  
 medio-

Lib. 16.  
cap. 11.

mediocrium, qui nitro vtebantur, quod carnes tabefacit; & vngvine cedrino, cui tanta vis inest (inquit Plinius) *ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur.* Tertius modus minimi sumptus, & è plebe infimorum, abluitionibus tantùm constabat, & exsiccatione. Omnes porrò condituræ, præter exenterationem, requirebant salituram dierum ampliùs triginta, vsque ad septuaginta; nec enim licebat salire diutiùs. Iacob Patriarcha Ægyptio more conditus, vinctus est tantùm per dies quadraginta.

Arte illâ condita & exsiccata cadauera, Ægyptij domi seruabant. Herodotus: *Εἰθεύτεν δὲ ᾠδαδὲ-ξάρμοι μιν οἱ παροσθήκοντες, ποιούνῃ ξύλινον τύπον αἰθρω-ποειδέα· ποιητὰρ μοι δὲ, ἐσεργυδοὶ τὸν νεκρὸν καὶ κατὰ κληῖταιτες ἔτα, θησαυρίζουσι ἐν οἰκίῃ αὐτῶν, ἰσάν-τες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον.* *Eo deinceps recepto (cadauere condito) propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quâ mox inserunt mortuum; atque ita inclusum, reponunt in loco sepulchrorum loculis dicato, & rectum*  
 1. Tusc. *statuunt ad parietem.* M. Tullius: *Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi seruant.* Pomponius  
 Lib. 1. c. 9. *Mela: Mortuos nec cremare, nec fodere fas putant, verùm arte medicatos intra penetralia collocant.*  
 Lib. 3. *Sextus Philosophus: Ægyptij intestina extrahentes, condiunt defunctos, & eos supra terram habent.*

Si-

Silius Italicus:

— *Ægyptia tellus*

Punic. 13.

*Claudit odorato post funus stantia saxo**Corpora, & à mensis exanguem haud separat  
umbram.*

Lucianus libro de Luctu: Ταειχθεῖς ὁ Αἰγύπτῳ  
 ἔτ' ἔμριτοι, λέγω ἢ ἰδῶν, ξηραίας τὸν νεκρὸν, σιμείπεινον  
 καὶ συμπότῳ ἐποιήσατο: *Muria condit Ægyptius:*  
*atque hic quidem (rem visam à me narro) desiccatum*  
*cadaver conuiuiam & compotorem adhibet. D. Atha-*  
*nasius Episcopus Alexandrinus, in Vitâ S. Anto-*  
*nij, lectis adhibita docet: Mos est Ægyptijs nobi-*  
*lium, & præcipuè beatorum Martyrum corpora, lin-*  
*teamine quidem inuoluere, & studium funeri solitum*  
*non negare: terrâ verò non abscondere, sed super lectu-*  
*los domi posita reseruare. hunc honorem quiescenti-*  
*bis reddi, inueterata consuetudinis vanitas tradidit.*  
 Hanc consuetudinem vsque adeò detestatus est  
 S. Antonius, vt vetuerit ad Ægyptum suas perferri  
 reliquias, ne vano illo honore seruarentur, vt au-  
 ctor est laudatus Athanasius; cui non absimilem  
 atque Antonio suo mentem fuisse ostendit Da-  
 mascenus: Ἰσμερτὸν μακάριον Αἰθιοπίαν, ἀπηγορευ-  
 κότα τὸ ἐν λαρίναξι ἕθεναι τὰ τῶν Ἀγίων λείψονα,  
 μάλλον δὲ φοβασάσθοντα ὑπὸ γῆν ταῦτα καλύπτειν, τὸ ἄτο-  
 πον ἔσθ' ἃ τῶν Αἰγυπτίων καταργῆσαι βεβλόμενον, ὅτι τὰς  
 ἐαυτῶν νεκρὰς ἔχ' ὑπὸ γῆν ἔκρυπτον, ἀλλ' ἔπι κλινῶν καὶ

Orat. 1.  
de Imag.

B

σιμ-

IO DE LINTEIS SEPVLCHR. CHRISTI

συμποδίων ἐτίθει. Scimus S. Athanasium Sancto-  
rum reliquias non in urnis collocandas, sed humi con-  
dendas esse eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptio-  
rum morem abrogaret, qui suos mortuos non sub terrâ  
condebant, sed in lectulis & scimpodiis collocabant.

Lib. 3. Ceterum superstitiosæ illius condituræ causam  
fuisse scribit Herodotus, quòd persuasum habe-  
rent, ignem esse animatam belluam, quæ cuncta  
deuoraret, & simul emoreretur: tum etiam ne hu-  
mati deuorarentur à vermibus. Verùm eam non  
tam vanitati & superstitioni tribuit Cassianus,  
quàm necessitati, propter frequentem inundatio-  
nem Nili. Coll. 15. cap. 3. Hunc Ægyptiis morem (inquit ille) Nili  
fluminis inuexit eluuiæ; ut quoniam uniuersa terra  
illius latitudo, instar immensi pelagi, non paruo anni  
tempore, solitâ aquarum eruptione contegitur; ita ut  
nulla cuiquam viandi copia, nisi lemborum transue-  
ctio tribuatur; corpora mortuorum, pigmentis condi-  
ta redolentibus, in editioribus cellulis recondantur.

C A P V T I I I.

Schema conditorum in Ægypto cadauerum  
ob oculos positum.

**M**EDICATA cadauera solebant adeò exsic-  
care pollinctores Ægyptij, ut statuas æneas  
solidi-